



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sapiente Fructuoso Epistolares Libri quinque

Bonifacio, Juan

Ingolstadii, 1606

VI. Patri Iacobo Auellanedæ de vtilitate seminarij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51159](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51159)

colis, sic nostrarum rerum hæc difficultas fertilitatem, abundantiamque promittit. Vale & mihi parcere, deq; meis rebus tam amanter cogitare desine. Quicumq; enim rerū exitus erit, in portu nauigamus. Quid enim turbemur in plurimis, qui illum vnum intuemur, in quo viuimus, mouemur, & sumus, cuius aspectu si diuinæ legis cultores erimus, in omnem aternitatem perfruemur.

PATRI IACOBO AVELLANEDA.

De utilitate Seminarij.

ICERO ille, qui & summus Philosophus fuit, & summus orator, Solonem, qui Arcopagum constituisset, legumq; lator Atheniensium fuisset, Themistocli, à quo superatus est Xerxes, pugnaq; illa Salamina confecta feliciter, re quidem prætulit, & ratione, licet verbis æquasse videatur. Cùm enim affirmauisset, non minùs præclarum iudicari

1. Offic.

cari oportere, quod Solon statuit. Ita, a
 quàm quod Themistocles gessit, cuius paga
 nomen, quàm Solonis erat illustrius abolo
 rationem cur ita sentiret, adiunxit, hunc dunt
 enim semper proderit, semel ille pro exco
 fuit Athenis. Quæ sanè ratio non uent
 qualitatem habet vtriusque, sed elatio orna
 nem ostendit vnius, submissionem Nam
 declarat alterius. Ex ea namq; concluditur pr
 ditur, quanto æterna caducis, fluxis, & ex
 breuib; maiora, melioraq; sunt, tam ex va
 tum Solonis consilia Themistoclis vtinu
 ctoriis præstitisse. Nisi si dicimus semper Troi
 illud Themistocleum non minus polie
 gregiũ esse, quàm semper illud, quo aptif
 est Soloni attributum. Quorsum illud Socie
 inquires? Vt intelligamus quid hinc mina
 tibi prouincia debeat interiorum litæ ta no
 rarum, & eloquentiæ gymnasij domi magi
 sticæ nomine, quod seminarium appellatur
 pellamus, quo constituendo non Trans
 diem te viuere, quod est barbarorum pro
 sed tempus sempiternum spectare dmini
 clarasti, quod est profectò sapientis lingu
 Qui enim videres iuuentutis doctum infan
 rum familiam, quæ Dei beneficio a ne ab
 et

Etia, amplificataq; esset, nemine pro-
pagante, & quasi ferente breui posse
aboleri: seminarij remedium adhibe-
dum putauisti, quod etsi à te primum
excogitatum non est, quòd illius sit in-
uentio perantiqua, tamen qui illud ita
ornaret, ante te repertus est nemo.
Nam ex prouincia hac nostra, quam
tu praepositi generalis legatus obibas,
& explorabas, optimos adolescentes
ex variis collegiis accersitos in Palen-
tinum collegium tanquam in equum
Troianum inclusos ei praeceptorum ex-
poliendos tradidisti, qui esse videretur
aptissimus. Res cecidit ita feliciter, vt
Societatis hae regio tui beneficio se-
minarij Græcis Latinisq; literis excul-
ta noua iam dici possit Italia. Nam
magistrorum soboles mirificè propa-
gatur, quorum nos copia vincebant
Transalpinæ nationes, fessis praece-
ptoribus qui vel adsint, vel succedant,
minimè desunt, barbaries relegatur,
lingua expolitur, inquinati sermonis
infamia depellitur, cuius vnus nomi-
ne ab externis rideri solemus. Stet se-
mina-

minarium, ut cœpit, religiosi, ingeniosiq; erudiantur in illo discipuli, e
 omni prouincia flos delibetur, si se
 monis dulcissimum hoc mel fieri pr
 uinciales cupiunt, quotidiana adfi
 dicendi & scribendi exercitatio, ter
 tur, tracteturq; manibus Tullius, q
 orationis Latinæ magister est, reli
 gatur Vergilius, quem qui sequetur
 versuum numerum fundet optimo
 rum, ex Plauti & Terentij nugis il
 fecernantur, quæ intelligentiâ & pr
 dentiam adiunare, augereq; possun
 suntque ea sane quàm multa, nec i
 ex his duobus poëtis negligantur, qu
 orationem etsi versiculorum num
 ris astricta, locupletant: historia test
 temporum cognoscatur à nostris
 Græcæ & Hebraicæ linguæ periti
 habeatur, sit antiquitas in promptu
 & segens nostra probabit Italiae. Re
 ille Babylonius, ut est apud Dani
 lem, nobiles pueros, formosos, & lit
 ratos ex illorum numero, quos in be
 lo Iudaico captiuos ceperat, in liter
 librisq; Chaldæorum addiscendis o

Cap. 1.

cupari iussit eo consilio, ut post triennium, quod erat ex regis imperio in illis studiis ponendum, regem circumstarent. Tale quiddam est in seminario nostrorum tuis auspiciis inchoato, ubi ab ingeniosis iuuenibus, minimeq; indoctis, veraq; & nobilitate & pulchritudine præditis atque ornatis peregrina lingua condiscitur, ut Babylonios, id est, à virtute pietateq; alienos linguarum accessione, rerumque scientia multarum ad Christum adducant, Dei Ecclesiam, imperiumq; dilatent. Iam verò morum barbariem, & orationis paupertatem nulli melius exterminabunt, quam qui legendis doctorum libris raram eruditionem comparauerint, bonisque Latinitatis authoribus imitandis Romanam linguam familiarem sibi reddiderint, quæ se multo amplius quam materna dilatat, & pandit. Ex Isocratis ludo, ut ait Tullius, tanquam ex equo Troiano innumeri dicendi principes extiterunt, cui valde affine est, quod de eodẽ Isocrate Dionysius Hal-

2. de oratore.

Hanc rem Dionysius paulo scribit.

Hali-

LIBRARIUS
DIONYSIUS
PAULUS
SCRIBIT

*bit obscu-
rius, sed
ita expli-
cat Vir
eruditissi-
mus Seba-
stianus
Corradus
in Com-
mentariis
Ciceronis
de claris
oratoribus.*

*Theodore-
tus historia
Ecclesiast.
lib. 10. c. 5.
Et Niceph.
lib. 13. c. 3.*

*Sessio. 23.
c. 18.*

Halicarnassæus tradit, cuius ludum
Athenarum quandam imaginem
isse confirmat: quod quemadmodum
Athenæ colonias deducebant, sic
cratis ludus, in quo iuvenes bonæ
dolis, qui vel Athenis vel in reliqua
Græcia essent, Rhetoricæ artis præ-
ptis imbuebantur, oratorum quasi
lonias mitteret. Diuus Chryso-
stomus Scytharum, quos Arriana pestis at-
gerat, salutem consuluit Constantino-
li Ecclesia constituenda, quam Sa-
this, quorum ea in vrbe magnus nu-
merus erat, regendam administra-
damque permisit: quos & ipse Chry-
stomus per interpretes sæpè eruditissimos
& in diuinæ legis præceptis institutos
Quæ sanè Scytharum Ecclesia Con-
stantinopoli posita, nil aliud, quàm
quoddam Scythicæ gentis seminarium
fuit, cõstabat enim rudes Scythas
nisi à suis excultis doctisque Scythis
se adiuuari. Sanctissimus Isidorus
legium illius exemplum, quod à
gulis Episcopis Tridentina Synodus
erigi iubet, in Hispalensi vrbe, cuius
anti-

antistes erat, instituit, ubi adolescentes generis, ingeniiq; laude commendatos, & in iis diuū Alfonsum, qui postea Toletanus fuit præsul, & sanctū Braulium, qui Cæsaraugustanus creatus est Pontifex, mirabiliter erudiuit. Gregorius verò XIII. Romanus DE I singulari prouidentia Pontifex seminariis tam multis, tamq; distantibus in locis erigendis, quæ sit huius remedij vis apertè monstrauit. Vt enim de Germanorum, Gallorū, Pannonum, Sarmatarum, Græcorum in moribus & literis institutione perfectissima taceam, fides ipsa Catholica, quam in his locis oppugnari scimus, habet certa & firma subsidia. Nam quia suum cuiusq; nationis seminariū est, DE I Ecclesia ubiq; locorū ac gentium ex tempestatibus & procellis per benè moratos, honestisq; artibus & disciplinis instructos iuuenes recreatur. Britannia, quod ad Catholicos attinet, nil laboriosius, nil exercitum magis, atque sollicitum, nil eadem Britannia turpius, flagitiosius, & peius, si hæreticos

H animad-

*Ambrosius
Moralis in
Chronicis.*

animaduertas: quid tamen huic ipse natura
 Britanniae Britanni profuerint & pro à fen
 sint, illi inquam Britanni, quos idem & ex
 Gregorius diuina sorte Pontifex, & o gign
 bis antistes in Anglicano collegio lum, o
 beraliter alit, historię narrant, pictur goria
 demonstrant, & mors pro fide opp sed er
 tita testatur Rudolphi Seruini, Alex ore, o
 dri Brianti, aliorumq; summi Pontu magi
 cis alumnorum, quos vel ipsi inim dum
 prædicant, laudeq; & imortalitate blica
 gnos esse confitentur.. Nemo in itanqu
 Anglorum collegio, quod martyrudantu
 seminarium ab omnibus appellat plū ad
 non ita uiuit, vt martyrium præfecim r
 rat, sanguinemq; optet Christo & nil op
 triæ largiri. Nec est dubitandum, que ueni
 tandiu religio stet, quandiu hæc erunt ob
 seminaria fortissimorum iuuenum, respin
 maximè sapientum.. Quæ à Gregerecta
 rio fundata Sixtus, qui Ecclesiam reget, p
 hoc tēpore tam cupidè exornat, tē quant
 benignè, munificèq; sustentat, vt schola
 licere facile sit, dum erunt, qui in rebus n
 gione vacillent, qui fulciant atq; conume
 firment, non esse defuturos. Etenim, o
 natu

ic ip naturà vt esse perpetua possit, id habet
x pr à semine, siquidem aliis occidentibus,
ide & exarescentibus alia vi seminis pro-
, & o gignuntur, & excitantur. Nec est dubi-
gio um, quin nō modo ex seminariis Gre-
ctur gorianis peramplis & permagnificis,
opp sed etiam ex angustiore tuo, & tenui-
Alex ore, (tuum enim semper nominabo)
ontu magistri proueniant facti ad docen-
nim dum, id est, benè merendum de repu-
ate blica Christiana, viuiq; ex illis ædibus,
in i tanquam ex terræ vena lapides exci-
pyrudantur, quibus DEI Opt. Max. tem-
llat plū ac domus partim ædificetur, par-
æfctim reponatur. Prouinciæ quidem
& nil opportunius, nil vtilius, nil poterat
a, que uenire commodius: quæ studiis pe-
e erunt obruta & oppressa per te recreata
um, respirat. Atque vtinam paulo esset
Gregerecta maturius. Nam si qui filias ha-
n rebet, pecunia ei opus est tanto maiore,
e, quanto plures generauit, qui tot iam
vt scholas aperuimus, pecunia indigeba-
n renus non illa quidem exigua, sed pro
q; conuero filiarum, qui se illi ferè æqua-
tentat, quem Danao fuisse fabulæ men-
natu

H 2

tiuntur.

tiuntur. Qui igitur sumptuosi sumus
 quæstiuosi esse debemus, & ea præd
 conquirere, ex quibus eum fructu
 capere possimus, qui ad hæc nobile
 præceptorum familiam alendam fa
 esse videatur. Hic enim sumptus,
 prouidemus, maximas copias exha
 riet, tua mi pater opera viuimus, si
 mus; & Societatis nostræ parentis
 erudienda iuuentute bonum nomi
 retinemus. Nisi enim prata, area
 istas, cui possessionū generi cūm fr
 ctuoso, tūm stabili noceri minime
 test, prouinciæ dedisses, primūm
 cunia, deinde fides fortasse naufrag
 nostra fecisset. Qui iuuentutem
 ctenus docuerunt, idonei præcepto
 erant, fore item bonos, qui docebu
 seminarij vbertas ista sperare nos
 bet. Quorum alterum felicitatis q
 dem fuit, alterum verò prouident
 est, quæ non modo pueritiæ docto
 bus auxilium spondet à domestic
 sed etiam plausum ab externis po
 cetur. Quidam velut ex speculis
 fra considerant, tantamq; rerum

lem
 tim
 denc
 tres
 cunc
 est lu
 alicu
 bus, s
 star l
 conc
 dunt
 colis
 rum
 ceo p
 decer
 rarur
 inuifi
 cietat
 anim
 anim
 post l
 bæ n
 te eff
 sint p
 noua
 quàm

lem nostris humeris impositam partim rident, partim admirantur. Ridenti adhuc iusta causa non fuit, tres minimum classes cernuntur, ubique Grammaticæ & Rhetoricæ hic est ludus grauis, & serius. Quinque alicubi, quæ interuallis iunctæ disparibus, sed pro rata portione distinctis instar lyræ suauissimæ, cuius similiter concinunt cordæ dissimiles, sonos edunt cælitibus periucundos, terræ incolis nõ insuaues, illis præsertim, quorum aures non obsurduerunt. Taceo prouincias illas, quarum septem, decemue classibus humaniorum literarum gymnasia personant, quas qui inuisit, & lustrat externus, siue is Societatem amat, siue à nobis alieniore animo est, præceptoribus, discipulisq; animaduersis admirans obmutescit: post lingua recepta cum regina illa Sabæa multis partibus minorem veritate esse famam asseuerat. Sed hæc ut sint perpetua, curandum est, nec tam noua constituenda erunt gymnasia, quàm vetera conseruanda: satis ne-

Reg. 3. c. 10.

H 3 gotij,

gotij, onerisq; suscepimus, præclare nobiscum agetur, si perseueramus ad finem, & à sibilo perseueremus in ceteri: cuius rei cautio in huiusmodi seminariis tota consistit. Vale, & tu hoc opus paternè, vt facis, tuere, conserua, promoue.

* De seminariis Gregorij Stephanus Tuncius sic: vnus vos lacerat ó nocturni praedones, vnus vos cruentat Gregorius, & exitatis per Germaniam, Galliam, Sarmatiam, Pannoniam iuuenum seminariis tanquam aggeribus fidei, vias vestris satellicis includit, vestris vos implicat retibus, & in fines, ac parietes vestros vestris vos liber vestris alumniis oppugnat, neq; verò vnus ille vel alterum vobis opposuit propugnaculum, sed suum singulis penè gentibus extulit. Prutenis & Suecis Bransbergense, Prutenense Lituanis, Bohemis Pragense, Morauense Olomucense, Austriacis Viennense, Graecise Stiriacis, Dilinganum Germanis, Fuldaense Saxonibus, Mussepontanū Scotis, & Bernis, Heluetiis Mediolanense, Britannicū Rhemense, Claudiopolitanum Transylvanicum. Sed quid ego tam longinqua commemoro?

quot in urbe videtis conturbernalium iuuenum collegia tanquam religionis arces, ad quas externa gentes quotidie ex Oceano, ex Alpibus, ex Peloponneso, ex Synagoga, ex Palestina confugiunt? hæc ille in exequiis eiusdem Gregorij.

CVIDAM RELIGIOSO, SVMMÆ-
que expectationis adolescenti.

De latinitatis seminario à nostris fratribus adamando.

RÆCAS te & Latinas literas avidè arripere, & in seminario nõ Philosophorũ, aut Theologorum, sed Latinorũ admodum libenter esse lætor ex animo, agoq; immortalis DEO gratias, qui non modò vt optares, sed etiam vt haberes ista, maturaresq; perfecit. Ego namq; vim seminariorum maiore quodam modo mi frater admiror: nec enim ille solùm legitur ex eis fructus quasi pullulantiũ, & subinde renascentium Latinæ linguæ magistrorum: quando ars omnino nulla est, quæ sine istis eloquentiæ

H 4 umbra-